

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Lüderi Menckenii, IC. Facult. Ivrid. Lipsiensis Ordinarii
Tractatio Synoptica Institvtionvm Ivrис Ivstiniarearvm
Theoretico-Practica**

Mencke, Lüder

Lipsiae, MDCCXXXV

VD18 11839880

Tit. XXV. De Codicillis.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18253

J. b. item verba, non dubito, cupio, opto, credo, desidero, sufficiunt. a. l. 67. §. f. ff. d. leg. 2. l. 115. l. 118. ff. d. leg. 1. ceu resp. F. J. L. M. Nov. 703.
Et pron. S. C. P. L. Term. Luci . 1717.

TIT. XXV. *De Codicillis.*

Origo.

ANTE Augusti tempora constat, codicillorum ius non fuisse, sed primus Lucius Lentulus, ex cuius persona etiam fideicomissa cœperunt, codicilos introduxit. Nam cum decederet in Africa, scripsit codicilos testamento confirmatos, quibus ab Augusto petiit per fideicommissum, ut faceret aliquid. Et cum divus Augustus voluntatem ejus implesset, deinceps reliqui ejus auctoritatem secuti, fideicomissa præstabant: & filia Lentuli legata, quæ jure non debebat, solvit. Dicitur autem Augustus convocasse sapientes viros, interque eos Trebatium quoque, cuius tunc auctoritas maxima erat, & quæsisse, an posset recipi hoc, nec absconans a juris ratione codicillorum usus esset; & Trebatium suassisse Augusto, quod diceret, utilissimum & necessarium hoc civibus esse, propter magnas & longas peregrinationes, quæ apud veteres fuissent, ubi si quis testamentum facere non posset, tamen codicilos posset. Post quæ tempora, cum & Labeo codicilos fecisset, jam nemini dubium erat, quin codicilli jure optimo admittentur.

Codicilli fiunt cum testamento & ab intestato.

I. Non tantum autem testamento factō potest quis codicilos facere, sed intestatus quis decessens fideicomittere codicillis potest. Sed cum ante testamentum factum codicilli facti erant, Papinius ait, non aliter vires habere, quam si specialiter postea

postea voluntate confirmantur. Sed Divi Severus & Antoninus reicipserunt, ex iis codicillis, qui testamentum præcedunt, posse fideicommissum peti, si appareat, eum, qui testamentum fecit, a voluntate, quam in codicillis expresserat, non recessisse.

Materia.

Ex Scævola. 2. Codicillis autem hereditas neque dari, neque adimi potest: ne confundatur jus testamentorum & codicillorum: & ideo nec exhereditatio scribi. Directo autem hereditas codicillis neque dari neque adimi potest: nam per fideicommissum hereditas *Ex Marc.* codicillis jure relinquitur. Nec conditionem hereditatis instituto codicillis adjicere, neque substituere *l. 6. de jur.* *Codic.* directo quis potest.

Numerus & solennitas.

3. Codicillos etiam plures quis facere potest: & nullam solennitatem ordinationis desiderant.

I.

*C*odicilli sunt ultima voluntas, in qua absque heredis institutione & solennitate ordinationis alicui hereditas vel ejus pars, vel res singularis, relinquitur. *a. l. 6. l. 20. ff. l. 7. C. b.* His originem habent ex eo, quod illorum usum in persona Lentuli admisit Augustus, posteaque, Trebatii aliorumque Jutorum suffragio accedente, maxime ob utilitatem eorum in peregrinationibus, codicilli approbari cœperunt. *P.R.* *J. b.*

II. Codicilli dividuntur in conditos 1) cum testamento, qui sunt accessiones testamenti, heredemque institutum plerumque onerant; sive post testamentum, sive cum ipso testamento, sive ante testamentum, facti sint, dummodo appa-

appareat eum, qui Testamentum facit, a voluntate, quam Codicillis expresserat, non recessisse. §. I. I. h.
§. I. J. h. l. 3. C. eod. 2) sine testamento, quæ hæredes ab intestato venientes plerumque onerant, §. I. J. h. e. g. legatis, l. f. ff. h. fideicommissis. l. 3. ff. h.

III. Codicilli sunt voluntate declarata 1) verbis precariis, ratione hæreditatis datæ, (legata recte distribuuntur verbis imperativis. l. 14. ff. b.) Directo enim codicillis hæres neque institui, neque ex hæredari. (ita resp. E. J. L. M. April. 707.) neque substitui, (ita resp. E. J. L. M. Mart. 707.) neque instituto conditio adjici, sed per fideicommissum hæreditas relinqu, potest. §. II. §. 2. I. h.
J. h. (a) 2) Citra solennitatem eam, quæ in testamento exigitur, j. §. III. J. h. proinde requiruntur saltem 5. testes, codicillis uno actu condendis accedentes. l. f. §. f. C. h. t. 3) Sive in codicillo uno sive pluribus, §. III. J. h. quod se. §. 3. I. h. cus est in testamento. l. 19. ff. d. testam. mil.

IV. Codicilli pro affini agnoscunt clausulam codicillarem, & est enixa voluntatis declaratio, qua testator desiderat, testamentum suum, si subsistere nequeat tanquam testamentum, valere ut codicillum s. omni meliore modo. l. 29. §. 1. ff. quitestam. fac. poss.

(a) Codicillis hæreditas directo neque dari neque admitti potest. §. II. J. h.

TIT. II.

De Legitima Agnatorum Successione:

Secundus ordo heredum legitimorum.

SI nemo suus heres, vel eorum, quos inter suos heredes Prætor vel Constitutiones vocant, extat, qui successionem quoquo modo amplectatur; tunc ex Lege duodecim Tabularum ad agnatum proximum pertinet hereditas.

De agnatis naturalibus.

1. Sunt autem agnati (ut primo quoque libro tradidimus) cognati per virilis sexus personas cognatione conjuncti, quasi a patre cognati. Itaque ex eodem patre nati fratres agnati sibi sunt, qui & consanguinei vocantur: nec requiritur, an etiam eandem matrem habuerint. Item patruus fratri filio, & invicem is illi agnatus est. Eodem numero sunt fratres patrueles, id est, qui ex duobus fratribus procreati sunt, qui etiam consobrini vocantur. Qua ratione etiam ad plures gradus agnationis pervenire poterimus. Si etiam, qui post mortem patris nascuntur, jura consanguinitatis nanciscuntur. Non tamen omnibus simul agnatis dat Lex hereditatem: sed iis, qui tunc proximiore gradu sunt, cum certum esse cœperit, aliquem intestatum decesse.

De adoptivis.

2. Per adoptionem quoque agnationis jus constitit: veluti inter filios naturales, & eos, quos pater eorum adoptavit. Nec dubium est, quin iiimpropriæ consanguinei appellantur. Item si quis ex ceteris agnatis tuis, veluti frater, aut patruus, aut denique is, qui longiore gradu est, adoptaverit aliquem, agnatus inter suos esse non dubitatur.

De

